

Datum VIII. id. iul. anno dominice incarnationis MXLVI., indictione XIII., anno autem domni Henrici tercii ordinacionis eius XVIII., regni vero VIII.; actum Rochider; in dei nomine feliciter amen.

106.

König Heinrich III. schenkt seiner Gemahlin Agnes Güter in verschiedenen Burgwarten in der 5 Mark Meissen, im Gau Chutizi. Rochlitz, 1046 Juli 8.

*Gedr.: Remling, Urkundenbuch zur Gesch. der Bischöfe von Speyer 1,32. Stumpf 2301.
Anm.: Vergl. Einl. 61 Anm. 386. S. A. 141 Anm. 386.*

In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente clemencia rex. Omnium dei nostrique fidelium tam futurorum quam presentium noverit universi- 10 sitatis, qualiter nos speciali amore legitimi et coniugalis thori dilectę contectali nostre Agneti reginę tale preidium, quale Eckhardus marchio vita illius superstitę liberaliter obtinuit in burchwardo Rochideh et Lisnich et in burchwardo Grobi et Bolechma et in burchwardo Cholidistcha, regali auctoritate in proprium tradidimus in nostrum ius atque dominium ex eius liberali tradicionem cum hereditario iure redactum, situm in Misnensi 15 marchia et in pago Chutibi dicto, cum omnibus suis appendiciis — —

Signum domni Henrici tercii regis invictissimi.

Theodericus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Data VIII. idus iulii anno dominice incarnationis MXLVI., indictione XIII., anno autem domni Henrici tercii ordinacionis eius XVIII., regni vero VIII.; actum Rochidech; 20 feliciter amen.

107.

König Heinrich III. eignet dem Bischof Eberhard und seiner Kirche zu Naumburg ein Gut im Dorfe Crölpe, im Burgwart Sulza und ein anderes im Dorfe Widoiza, im Burgwart Tuchwiza, in der Mark Meissen zu. Augsburg, 1046 Sept. 10. 25

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg.

Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1,212. Stumpf 2313.

Anm.: Vergl. Einl. 74 Anm. 49, 74 Anm. 52, 108 Anm. 140. S. A. 137 Anm. 49, 138 Anm. 52, 201 Anm. 140.

(C.) :In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente cle- 30 mentia rex. Si locis deo dicatis iuxta: petitiones dei servorum nostrorumque fidelium, aliquid beneficii de nostra habundanti copia conferimus, nobis profuturum ad temporalem transigendam et ad aeternam vitam feliciter obtinendam liquido credimus. Quapropter pateat omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus^{a)}, qualiter nos pro remedio animarum parentum nostrorum et ob utriusque vitę perpaetuum felicitatem, scilicet 35 nostri et Agnetis^{b)} reginę nostrę contectalis dilectę sanctę Nivvenburgensi^{c)} aecclesiæ